

11

**C**ORATIO Habita Pisis Coram Maxi/  
miliano Romanorum Rege Per Orato/  
rem Luceñ. D. Nicolum Tegrimum  
Equitem Ac. In. V. Doctorem  
A. D. M. CCC. C.  
LXXXVI.

**S**I Patrię nostrę desiderio uniuerso celsitu/  
dini sublimitatiq; . M . V . non satisfecerim/  
mus inuictissime & Augustissime Rex da/  
bit pro ięgenti benignitate Luceñ. suis fidelibus  
ueris ueniam : & nobis ignoscer. Totiusq; ciui/  
tatis obsequentissime animum perfectuz cuius  
mentem/corda/sidem/deuotionem/fortunas/  
bonaq; ante eius pedes conspectumq; offerim9  
non que a nobis imperfecte proferentur consi/  
derabit. Imperii sacratissimi nomen apud Lu/  
censes maximo semper in honore & reuerentia  
fuisse & a Cesaribus beneficiis nos ingentibus  
affectos qui ipsius primordia & sequentium te/  
porum ad etatem usq; nostram gesta percurrer  
facile intelliget. **DIUM IULIUM CAESA/  
REM** Imperatoruz primum in illa Celebris cū  
Pompeio Crassoq; in urbe Luca congressione:  
cum de rebus maximis & uniuerso orbe diuidē  
do tractatum est. Prima ięperii fundamenta ie/  
cisse. Cicerone/Suetonio/Plutarchoq; Testib9  
quis ignorat; Remotiora sunt hec : & que de

sequentibus ad Ottones usq; dici possunt : pri-  
mus Otto monere cudēde Ius priuilegiaq; am-  
plissima Lucensibus concessit & cum singulis  
annis in Italiam ad tumultus sedandos ueniret  
sedem suam Lucę ubi de controuersis cogno-  
sceret ubi libere tuteq; degeret elegit qđ a se /  
quentibus Romanorum regibus semper fer-  
me obseruatum fuit . Dies deficeret si singu-  
la enumerare uellemus & inter scientes nota  
referre superfluum esset . Duo maxima in Lu-  
censes memoratu digna a CAROLO . IIII .  
& Sigilmundo altero serenitatis uestre p̄deces-  
sore collata beneficia cum breuiter attigerim⁹  
ad reliquum legationis nostre munus descen-  
demus . Alter seruitute oppressam Ciuitatem  
nostram libertati restitutam non solum ad pri-  
stinum statum reduxit sed priuilegiis amplissi-  
mis ornauit ingentibusq; munerib⁹ affecit : ca-  
stella : iurisdictiones : territorium dignitates :  
Magistratusq; restituendo : ius regię Ciuitatis  
dando : omnem prescriptionem iniustis rerum  
nostrarum detentoribus etiam in posterum au-  
ferendo quo quid maius fieri potuit Sigilmū-  
dus cum obsētam imperatoriam urbem & iaz-  
iam captam p̄sensisset celerius ad subuenien-  
dum fidelibus suis Hetruriam ingressus aduer-  
sus Florentinos exercitum duxit & nos a duris-  
simo imminētis seruitutis iugo liberauit . De

bere se fateatur ( si quid est : si quod habet ) post  
 Deum maximum Cæsaribus Lucensis popu-  
 lus tantorum beneficiorum non immemor tot  
 astrictus uiculis tot nexibus obligatus quæ nul-  
 la uis humana nulla gratia nec ipsū ( quod om-  
 nia consumit ) tempus unquodque dissoluere queat.  
 Misit nos uniuersa Lucensis ciuitas ad . M . V .  
 reuerenter consalutandam uenerandamque quod  
 facimus eo affectu ea cordis & uultus demissio-  
 ne : ea perfecta animorum deuotione qua ueri  
 fideles & obsequentissimi filii coram suprema  
 interris a deo cōstituta potestate coram unico  
 parente & protectore debent & possunt . Ciuita-  
 tem nostram libertatemque Regiæ . V . sublima-  
 ti commendamus quam tutissimam sub pro-  
 tectione fidissimi Clypei altitudinis Vestræ cō-  
 fidimus nec eam solum conseruari sed augeri  
 certissima nobis spes est ita promittentibus na-  
 turali bonitate : animi magnitudine : propria  
 liberalitate : iustitia inenarrabili reliquisque maxi-  
 mis uirtutibus Excellentissimi culminis uestri  
 quæ non solum eam supra mortales omnes ex-  
 tollunt sed simillimam Deo reddunt . Nec du-  
 bitamus cum calamitates : oppressiones : spo-  
 liationes : deuotissimorum Lucensium agno-  
 uerit ut pius miserebitur ut iustus succurrer .  
 Quod restat principum maxime summum illū  
 rerum omnium conditorem a quo potestas &

imperium oramus ut sicut, M. V. Vniuersa  
Italia benesentiens & Lucenses peculiari qua-  
da3 affectione liberatrice3 prote3trice3 confer-  
uatricēq; desiderauit desiderata3 uidit: & prē-  
sentē ueneratur ita eaz suorum uotorum cōpo-  
tē reddat & dexterę suę potentia Christianę pa-  
cis turbatores conterere faciat gressusq; suos ī  
uia3 salutis dirigat.

Laus Deo.